q̄ng. s. inepta leticia: scurrilitas. imūdicia. multiloquiū. hebe-  
tudo sensuū. **G**ula est appetitus inordinatus et imoderatus  
comedendi vel bibendi contra regulam recte rationis. sc̄z su-  
mendo plus de cibo et potu q̄ nature cōueniat et cōplexioni  
hominis sumētis et p̄uersationi eorū inter quos habitat.

**S**ciendū t̄n q̄ gula nō est pct̄m mortale ex natura sua nisi in  
duob; casib;. **U**nus q̄n propter timorē vel amorē dei nō re-  
trahit se a pct̄o gule. sed int̄m appetit cibū et potū q̄ nō retra-  
heret etiā p̄pter p̄ceptū diuinū. **S**c̄ds q̄n hō inebriat se liben-  
ter in tali statu q̄ nescit se regere. et tūc gula est pct̄m morta-  
le. **H**ebetudo mētis est abstractio intellectus circa specula-  
bilis et agibilia p̄pter nimīā sumptōem cibi et potus. **I**nepta  
leticia est deordinatio volūtatis circa delectatōem cibi et po-  
tus. q̄n. s. hō vage et incōposite circa talia nimis et sup̄flue le-  
tat̄. **M**ultiloquiū est q̄n hō sup̄flue et nimis i verbis incōpo-  
sitis et cachinnatōib; deordinat se. **S**currilitas est q̄n hō se  
inordinate ad exteriores actus ad modū ioculatoris h̄z. **I**m-  
mūdicia est vomitus sequēs ex inordinata comestione v̄l po-  
tu. vel etiā pollutio seminis p̄ueniens ex repletōe nimia.

**D**e ficta radice iuidie nascūt̄ q̄ng. s. odiū. susurratio. detra-  
ctio. exultatio in aduersis p̄ximi. et afflictio in p̄speris eius.  
**I**nuidia est tristitia de bono alterius inq̄stum impedimētū  
est p̄prie excellentie. **O**diū est velle malū alicui. et p̄ hoc bo-  
nū p̄ximi diminūere. **S**usurratio est diminutio fame alteri  
p̄ s̄ba occulta et nō exp̄mētia manifeste maliciā siue infamiaz  
ei. **D**etractio est alterius p̄ verba manifesta infamatio. t̄n in  
absentia eius. **H**erisio est vilipēsio dictorū vel factorū alteri  
ludibrio et risu. **E**xultatio in aduersis p̄ximi est cū aliq̄s gau-

## De confessione

det de aduersitate et dāno primi. Afflictio in p̄speris est do-  
lor et displicētia de bonis et p̄speritate alioꝝ quā nō p̄t impe-  
dire. **D**e radice neq̄s accidie p̄cedūt sex. s. malicia. rācor. pu-  
sillanimitas. Desperatio. torpor circa p̄cepta. vagatio mētis  
erga illicita. **A**ccidia vel pigritia est tediū seu fastidiū diuini  
boni. s. q̄n hō nō h̄z deuotōem bonā nec delectatōem i amo-  
re dei. s. tediū magis et fastidiū et mentalē recessum. **E**t istud  
repugnat c̄haritati quā q̄libet hō tenet habere diligēdo deū  
sup̄ oīa. et delectabili amore tenet ei inherere. **E**t causat ta-  
lis pigritia ex rebellione carnis ad sp̄m. **V**agatio mētis cir-  
ca illicita est quādo aliq̄s nō inuenit delectatōem in sp̄ialibz  
et vacat delectatōnibz carnalibz et q̄rit ea. puta nimis luden-  
do nimis iacēdo. **D**esperatio est recessus a bono diuino cui  
firmiter est inherendū. **T**orpor circa p̄cepta est p̄pter accidā  
negligere et p̄tēnere diuina p̄cepta que sunt faciēda de ne-  
cessitate salutis. **R**ancor est indignatio quam habet homo  
piger cōtra illos qui mouent eū benefacere illa ad que tenet-  
tur. **M**alicia est odiū et indignatio quā homo piger habet  
cōtra illos qui docent pigros habere sp̄itualia bona inq̄-  
tum impediūt a delectatōnibz corporalibz. **L**epiditas ē pu-  
amor dei et p̄ceptorū eius. **M**ollicies est q̄n hō piger nō vult  
sustinere q̄scunq̄ penitentiā p̄pter amorē dei. nec facere ali-  
quod bonū ad quod tenet. **S**omnolētia est somni nimietas  
ad modū brutorū. et pigritia ad surgendum et benefaciendū  
illa que tenetur facere. et quādo tenetur ea facere. **P**usillan-  
mitas est boni ardui p̄termisio. quod cadit sub consilio.  
puta tarde confiteri. tarde penitentiā facere. **O**ciositas est  
cessatio a bono opere quod tenetur homo facere. et quādo  
tenet facere. et attentio ad inutilia et nocina. **E**t vltra sex ra-  
mos vel filias ip̄ius accidie superaddite sunt quatuor que  
dicte sunt multum facientes ad declaratiōem materie. **I**ste  
igit̄ sunt septē radices cū ramusculis suis q̄ in vniuerso sunt  
quadraginta tres. et sic ip̄is cōputatis cum septem radicibz  
erūt in toto quinquaginta. **D**e quo q̄nquagenario dicit **H**elyas  
pp̄betera. **S**i fū⁹ dei suz descēdat ignis de celo et deuoret te et  
quinquaginta tuos. **I**ta d̄z dicere cōfessor p̄fidenti. **S**i p̄ qz



## Tractatus. iij. secūde partis

seruus dei sum. qz loco dei sum. descēdat ignis de celo. i. ignis spūsci descēdat in alam tuā. z deuoret te. i. veterē hoīem alias erratē. z qnquaginta tuos. i. radices z ramos ¶ **N**unc ergo vidēdū est quō sacerdos dz interrogare de istis **S**i em̄ peccator p se vl̄ ad interrogatōem sacerdotis p̄fiteat̄ de supbia. ddo **P**eccaui pctō supbie. sacerdos dz interrogare de mō dicēdo. p quē modū fuisti supb. fuisti vnqz inobediēs mādatīs supioꝝ tuoz. sicut ecclesie vel p̄lati vel parentū tuoz. vel dñi vel magistri. et hoc fm̄ cōditōez psone q̄ sp̄ dz inspici **S**i dicat q̄ sic. interroget q̄bz mādatīs. quō. q̄tiēs. q̄re. q̄n et vbi q̄ circūstācie vt dictū est sup̄ in oībz pctīs sunt attēdēde z p̄si derāde. **D**einde interroget. iactasti te vnqz de bonis a deo tibi collatis. siue sint bona nature. sicut pulcritudo. fortitudo. aptitudo. nobilitas. z filia. siue sint bona fortune. sicut sunt diuitie. vt denarij. vestes. ornāmēta. equi. agri. possessiones et filia tpalia bona. siue sint bona grē. sicut sapiētia. eloq̄ntia scia. p̄tutes. z filia **D**eber̄ igit̄ p̄fessor dicere. fuisti vnqz elat̄ in mente tua. vl̄ gloriasti vnqz de pulcritudine. fortitudine. aptitudine. nobilitate. diuitijs. sapiētia. eloq̄ntia. p̄turibus et ceteris bonis tibi a deo collatis. ita q̄ nō te hūiliaſti corā deo p̄ hmōi bonis. q̄tum debuisti. vel credidisti ista habere ex meritis tuis z nō ex mera grā dei. vel p̄pter illa credidisti plus valere q̄z alijs. ita q̄ facta et dicta alioꝝ cōtēneres z de dignareris eis eē eq̄lis **S**i dicat q̄ sic. interroget. q̄tiēs. quō z c̄ijs. **D**einde interroget adhuc. vtz ad hoc vt p̄mēdareris z honorareris p̄ alijs. fuisti ne vnqz ypocrita: ita q̄ exteri ostēderes sanctitatē z bonitatē z interius retineres maliciā z iniquitatē **S**i dicat q̄ sic interroget. q̄tiēs. quō z c̄. **D**einde interroget. nunqd̄ qz nō honorabaris vl̄ pmouebaris p̄ alijs mouisti aliquō cōtentōes et discordias in ciuitate. villa. societate vl̄ collegio **S**i dicat q̄ sic. interroget si mala fuerūt inde secuta. qz si sic oim̄ illoꝝ ipe est reus **D**einde interroget nūquid p̄pter supbiā nevidereris superari ab alijs fuisti p̄tinax in sustinēdo cōtra veritatē et iusticiā. cōsiliū tuū vel sniam tuā z verbum tuū **S**i dicat q̄ sic. interroget vtz aliquō dānū ē inde securū qz si sic ipe tenet̄ reparare. **D**einde interroget eū. p̄sumpsisti

## **De confessione.**

ne vnq̄ aliqd̄ facere qd̄ excederet vires tuas. statū tuū pditio  
nē tuā z tuoz. **S**i dicat q̄ sic interroget si fuerit inde aliq̄s le/  
sus vl̄ dānificat⁹. qz si sic ip̄e tenet̄ repare. **E**t sic ista pessima  
radix sup̄bie poterit euelli de corde pctōris. **E**odē mō dōm est  
de radice auaricie. qm̄ si pctōr p se vel ad interrogatōes sacerdo  
tis pfiteat̄ de pctō auaricie interroget sacerdos de mō. dicēdo  
**F**ecisti vnq̄ fraudē vel fallaciā. vel dixisti vnq̄ mēdaciuz vel  
pūriū in emēdo vel pmutādo. vl̄ aliq̄ē aliū ptractū faciēdo  
**S**i dicat q̄ sic. interroget quā fraudē vel fallaciā. s; ip̄e sacer  
dos nō specificet eā illi. **I**stud ei hndū est p regula generali q̄  
in istis interrogatōib; sacerdos nō deb; descendere ad sp̄alia  
pctā vel ad sp̄ales circūstātiās pctōz. qz forte multi post ta  
les interrogatōes delinq̄rent. qm̄ oñderent̄ eis modi z mane  
ries pctōz q̄s ip̄i nescirēt cogitare. **E**t iō sp̄ interroget in ge  
nerali dicēdo vt dcm̄ ē. fecisti vnq̄ fraudē vl̄ fallaciā zc. **E**t si  
dicat q̄ sic interroget quā. z q̄re. q̄b; modis. p̄ q̄s. q̄tiēs. z q̄b;  
casib; **D**eim̄ interroget eū dicēdo **D**imisiisti vnq̄ ppter aua  
riciā tuā adimplere septē opa misericordie. z specificet illi ea  
dicēdo. vidisti ne vnq̄ esurientē cui non dedisti māducare. et  
sic de alijs opib; misericordie. de q̄b; dicit̄ infra in terciā pte  
hui⁹ opis. **S**i dicat q̄ sic. interroget eū de circūstātia vt dcm̄  
est. **C**irca etiā pctm̄ auaricie interroget eū de ludo. furto. rāpi  
na. vsura. de q̄b; aliqd̄ dicit̄ infra. **C**irca fedissimā radicez  
luxurie notandū q̄ luxurie septē s; sp̄s. **P**rima ē fornicatio.  
scda a dulteriū. terciā stupz. q̄rta incestus. q̄nta raptus. sexta  
sacrilegiū. septia ē pctm̄ p̄tra naturā. **F**ornicatio ē p̄cubit⁹ so  
luti cū soluta. **A**dulteriū ē alter⁹ t̄bori violatio. **S**tupz ē illi  
cita p̄ginis defloratio. **I**ncest⁹ ē affiniū vel p̄sanguineoz ab  
usus. **R**apt⁹ est cū puella de domo parentū violēter trahitur  
vt corrupta in vxorē vel p̄cubinā habeat. **S**acrilegiū. put hic  
sumit̄ est religiosoz vel religiosaz vel p̄motoz ad sacros oz  
dines p̄cubit⁹. **P**ctm̄ p̄tra naturā fit multis modis. **U**no mō  
q̄n nō seruat̄ sp̄s. sicut q̄n fit cū iumēto. z istud vocat̄ bestialit̄  
tas. **E**t de hoc d̄r in lege moysi. **Q**ui coierit cū iumēto morte  
moriat̄. **A**lio mō q̄n seruat̄ sp̄s s; nō sexus. sicut q̄n masculus  
peccat cū masculo. vel femia cū feia. z istud vocat̄ p̄prie pctm̄

## Tractatus. iij. secunde partis

sodomiticū. qz isto pctō sodomite laborabāt. 7 iō cremati fue  
runt igne sulphureo **Ben.** xix. 7 alie q̄tuor ciuitates pierūt p/  
pter vicinitatē eoz de pe. di. i. sed 7 p̄tinuo **Alio** mō fit qm̄ nō  
seruat vas debitū vel modus debit⁹. h̄ seruet sexus. sicut qm̄  
vir abutit vasculo mulieris. vel qm̄ nō p̄gnoscat eā mō natura  
li **Alio** mō fit qm̄ idē ē agens 7 patiens. sicut qm̄ vir corrūpit se  
ip̄m vel mulier seip̄am. 7 vocat̄ istud pctm̄ molliciei. **Uñ** d̄t  
ap̄ls **Neqz** molles neqz masculoz ꝑcubitores regnū dei pos  
sident **Circa** ḡ istud maledictuz pctm̄ luxurie cautissime d̄z  
sacerdos ꝑcedere. ita qz nō nimis ad ꝑticularia descēdat. qm̄  
sic frequēter cōpertū est tā viros ḡ mulieres ꝑ nimis ex̄p̄ssa;  
noiatōem 7 interrogatōem criminū in pctā q̄ nō nouerāt in  
currisse **Uñ** si pctōr ꝑ se vel ad interrogatōem sacerdotis di  
cat se peccasse pctō luxurie sacerdos interroget eū vtrum sit so  
lutus vel nō. 7 vtrū peccauit pctō fornicatōnis vel adulterij  
vel stupri vel incest⁹. raptus. sacrilegij. vel pctō ꝑtra naturā  
id ē interroget eū si illa cū qua peccauit erat soluta. vidua. vel  
ꝑiugata. affinis. ꝑ sanguinea. religiosa. vel ꝑ go. 7 vtrū illam  
habuerit ꝑ violentiā vel nō. 7 istud sufficit si ꝑsona ꝑtēs ē in  
telligēs. sed si est ꝑsona simplex interroget sacerdos vtrū ag  
nouerit eā mō naturali. nō tñ descendēdo ad ꝑticularia. i. non  
interroget an cognouerit eā añ vel retro. 7 sic de alijs inter  
rogationib⁹ **Interroget** etiā de numero ꝑsonaz. i. si cogno  
uit vnā vel plures. tñ nō interroget de noib⁹ ꝑsonaz **Intro**  
get insup de n̄siero actūū. i. an semel vel bis an pluries. **Int**  
roget etiā de tpe. i. si tpe sacro vel nō sacro. 7 etiā de loco. 7 q̄  
li tētatione peccauit. 7 vtrū ꝑueniēs tētationez vel ꝑuentus  
ab ea. 7 vtrū peccauit sp̄ oīe vel coacte. 7 q̄ coactōe vtrū ꝑ di  
tionali vel absoluta. 7 vtrū peccauit ex libidine vel ex pauper  
tate **Et** istud h̄z locuz potissime in mulierib⁹. et ita de multis  
alijs q̄ magistra rez experientia docebit **Sed** qz ista radix pessī  
ma luxurie exēdit ita palmites suos qz etiā coopit lectos le  
ge miramonij ꝑiunctos **Sciendū** qz maritus ꝑt peccare pctō  
luxurie multis modis etiā mortaliter cum vxore sua. q̄ modi  
cōtinent̄ in his ꝑsib⁹. **Tempē** menteloco ꝑditōem mō **Quin**  
qz modis peccat vxore maritus abutens **Tempē.** i. si in tempē

## De confessione

poze menstroz cognoscat eam. q: si sciēter hoc faceret peccaret mortaliter et in veteri lege mandabat interfici. **S**ed quod de mulieri menstruata. nunquid peccat sicut vir. **D**ico quod si vir prope menstruoz petat debitum sibi reddi ab vxore ipsa dicitur quod si quis pro persuadere ne petat. dicendo se esse infirmam nec esse paratam tunc ad opus illud. **N**on tamen dicitur dicere se esse in passione illa nisi constaret ei de constantia viri et prudentia seu discretione eius. quia ipse posset tantam abominatorem percipere protra eam quod dimitteret ipsam. **S**ed si constaret sibi de discretione et prudentia viri possit ei revelare. **E**t si ipse nollet desistere reddat sibi cum dolore et amaritudine cordis. **T**empore etiam ut si vxorez cognoscat temporibus ieiunioz. vel diebus sanctorum. vel diebus communicationis vel tempore puerperij. **N**on tamen credo quod in isto casu sit peccatum mortale. dum tamen non transgrediantur limites matrimonij. sicut dicitur statim. licet sint monendi quod tempore tali abstineant ab actu carnali. **E**t de hoc habet. xxxiij. q. iij. sciatis. et ca. sequenti. **M**ente. i. intentione. **P**otest enim vir ad vxorez accedere tribus modis. **U**no modo ut generet ex ea prolem que sit ad dei seruitium et cultum. **A**lio modo ut reddat debitum quod ab ea exigitur. et si cum tali mente ad eam accedat non peccat mortaliter nec venialiter. imo meretur dummodo nihil aliud committeret ibi. **A**lio modo causa concupiscentie carnis. et si talis concupiscentia maneat infra limites matrimonij. scilicet quod nullo modo accederet ad eam nisi esset vxor sua est solum peccatum veniale. **S**i autem ista concupiscentia transgrediatur limites matrimonij. ita scilicet quod accedit ad eam. non solum sicut ad vxorem sed sicut ad mulierem. ita quod si haberet aliam in partu ita bene accederet ad eam sicut ad istam. tam est peccatum mortale. **L**oco. id est. si cognoscat eam in ecclesia vel in cimiterio. vel in alio loco sacro. **E**t in isto casu ego credo quod vterque peccat mortaliter. **C**onditione. id est. si cognoscat eam conditione inhonesta. vel etiam illicita. sicut visum fuit super quam agebat de matrimonio. **D**icitur. i. si vir eam cognoscat contra modum institutum a natura. et istud est gravissimum peccatum in vxore. **C**um enim quod dicit Augustinus. **V**ltus que est contra naturam execrabilis fit in meretrice. sed execrabilis fit in vxore. xxxiij. q. vij. adulterij. **S**ecundum ista ergo poterit fieri

## Tractatus. iij. secūde partis

dos formare interrogatōes suas de pctō luxurie circa viz. z  
vxoꝝ. salvo tñ q̄ nō nimis descēdat ad p̄cularia. **C**irca pec  
catū ire. si pctōꝝ p se v̄l ad interrogatōes sacerdot̄s p̄fiteat de  
eo poterit sacerdos iterrogare si p̄p̄t irā dixerit blasphemā d̄  
deo v̄l sc̄is ei. **S**i dicat q̄ sic. introget eū quō. q̄tiēs. q̄re. z c̄ijs  
Deīn̄ interroget. dixisti v̄nq̄s p̄p̄t irā p̄ba p̄tumeliosa p̄rio.  
si dicat q̄ sic. iterroget q̄ p̄ba. q̄re. q̄tiēs. v̄bi. z corā q̄b̄. **I**nt  
roget etiā si fuerit iniuriat̄ p̄rio. s. aliquē p̄ irā p̄cutiēdo v̄l ver  
berādo. **S**i dicat q̄ sic. introget q̄s erat. vt si erat clericus v̄l  
laic̄ vel religiosus vel secularis. z v̄bi. z q̄re. z c̄ijs circūstan  
t̄ijs p̄sone. introget etiā q̄tiēs iteravit iurias. z v̄bi. z q̄re. z c̄.  
**C**irca pctm̄ gula si pctōꝝ p se v̄l ad iterrogatōes sacerdot̄s  
p̄fiteat de eo. introget si p̄p̄t gulā v̄nq̄s fregerit ieiuniū ecclie.  
vel si comederit carnes in eis. q̄re. q̄tiēs. **E**t si inebriauit se. et  
bēat p̄suetudinē p̄p̄t quā iebriet se. z si p̄pter ebrietatē dixit p̄  
ba scurrilia. inhonesta. vel iniuriosa. z q̄tiens. z q̄b̄ dixit zc̄.  
**E**t nota q̄ p̄z q̄ d̄t. **G**re. q̄nz modis peccat hō p̄ gulā. q̄ modi  
p̄tinent in his p̄sib̄. **C**ertū stat q̄ q̄nq̄s modis gula damnat  
edentē. **D**ū n̄m̄ū comedit. comedēdi p̄uenit horā. **Q**uerit de  
licias. parat escas deliciose. **A**ut sumit anide q̄d nō erat deli  
ciosum. **N**ota q̄ multū p̄medere aut rōe p̄pleciōis vel eta  
tis vel laboris nō ē pctm̄. dū tñ nō studio v̄l ardore v̄l auidi  
tate sumit. **I**tē p̄ciositas ciboz moderate maxie in diuinitib̄ q̄  
talib̄ v̄ti solēt nō ē pctm̄. dū tñ non nimis anide sumant. nec  
obstet stat̄ suus. **E**t q̄ facta ē mētio de ebrietate notādū q̄  
ebrietas d̄z trib̄ modis. **U**no mō d̄z plenaria mēt̄is obliuio.  
et ita nō ē pctm̄ si ex ignorātia p̄uenit. xv. q. i. sane. **S**ec̄do mō  
d̄z ebrietas frequēs actio bibēdi. **E**t h̄ vt ait **A**ug. ē pctm̄ ve  
niale. nisi sit assidua. q̄ tūc ē pctm̄ mortale maxie si nouit vi  
res vini z nō vult apponere aquā. xxxv. di. in p̄ncipio. **T**ercio  
mō d̄z ebrietas q̄dā dispositio z studiū ad inebriandū se de fa  
cili. z ita sp̄ est pctm̄ mortale. xxxv. di. añ oia. **C**irca pctm̄ in  
uidie si pctōꝝ p se vel ad interrogatōes sacerdot̄s p̄fiteat de  
eo. iterroget eū sacerdos si placuit ei dānū v̄l malū. p̄rimi. z si  
bonū v̄l p̄modū illi. displicuit ei. z si ex inuidia detraxit v̄n  
q̄s p̄rimo suo. falsum crūnē ei imponēdo. vel bonū q̄s in eo

## De confessione

erat diminuendo vel occultando. vel qđ in eo erat augmentā  
do vel illis qđ nō nouerūt manifestādo. **I**te qđ fecerit ista  
et qđre. et sic de alijs circūstātijs. **I**te si portat odiū vel rācorē  
vel malā uolūtātē p̄tra primū suū. et qđre. zc̄ijs. **C**irca acci  
diaz interroget sacerdos si potuit pctōz multa bona facere qđ  
nō fecit. dicere qđ non dixit. cogitare qđ nō cogitauit. et multa  
mala vitare qđ nō uitauit. **I**tem si ex negligētia obmisit ire ad  
missam ad sermonē. et ad alia bona opa zc̄. **S**ecđm ergo istā  
doctrinā sacerdos poterit formare interrogatōes suas. et in  
istis unctio quā accepit a deo z experientia magis docebit qđ  
aliqđ lectio. **U**erū qm̄ iuxta ueritatē p̄fitētū sacerdos d̄z va  
riare interrogatōes. **U**n̄ si p̄fitēs sit religiosus interrogetur  
de tribz uotis regule. s. de obediētia. paup̄tate. z castitatē. **I**n  
terroget etiā de regularibz obseruātijs z potissime de abusio  
nibz claustrī qđbz frequēter status religiosorū corūp̄it. qđ sunt  
duodecim. scz platus negligens. discipulus inobediēs. iuue  
nis ociosus. senex obstinat⁹. monachus curial. monachus  
seu canonicus regularis causidicus. habit⁹ p̄ciosus. cibo ex  
qđsitus. rumor in claustro. lis in caplo. dissolutio in choro. ir  
reuerētia circa altare. **E**t fm̄ illas z fm̄ etiā alias obseruan  
tias regulares sacerdos d̄z formare interrogatōes. **C**irca  
etiā clericos seculares sunt faciēde interrogatōes de simonia  
de negotiatōne. z de alijs qđ p̄tinēt ad simoniā z ad auariā  
et si habeāt administratōem vel officiū siue bñficiū interroge  
tur de dilapidatōne bonoz. vel si expēderint in malos vsus  
bona ecclē. **I**te vtz iterfuerint diuinis officijs z horis cano  
nicis. vtz portent coronā z habitū p̄gruētē. **I**te si dicāt inte  
gre et p̄fecte diuinū officiū. **I**tem interrogent da luxuria. de  
venatōe. de irregularitate. de ludo aleaz et silibz. in qđbz solēt  
sepius peccare. **C**irca p̄ncipes sunt faciēde interrogatōes  
de iusticia. **C**irca milites de rapina. **C**irca mercatores z ali  
os officiales mechanicas artes exercētes de fraude et dolo.  
de mēdatio. de p̄urio zc̄. **C**irca burgēses et ciues cōiter de  
vsuris z pignozibz. **C**irca rusticos z agricolas de inuidia et  
furto maxime circa decimas. p̄mitas. tributa. et cēsus. **U**n̄  
notādū qđ licet forma generalis supra posita sit obseruāda in

### **Tractatus. iij. secūde partis**

oibz tñ fm diuersitatē psonaz et officioꝝ studiosus et spēa-  
lius est circa spēalia crimina insistēdū. **F**actus ipis interroga-  
tiōibz si p̄tēs sit p̄sona simplex i terroget eū sacerdos si sciat  
**P**ater noster. **A**ue maria. **T**redo in deū. et si sciat se signare.  
et si nesciat instruat eū vel moneat vt addiscat. **D**einde inter-  
roget si tētet aliq̄ tētātōne. z qua. et quō se habeat in resistē-  
do: et doceat eū modū. **S**i em̄ tētet de supbia cogitet de hu-  
militate filij dei de q̄ hūiliauit semetip̄m factus obediēs vsq̄  
ad mortē. **C**ogitet etiā de casu diaboli. q̄ p̄pter supbiā suam  
cecidit de paradiso in infernū. et de angelo fact⁹ est diabolus.  
**S**i tētet de auaricia. cogitet de breuitate vite z instabilitate  
et vanitate mundi. et q̄ nihil hinc portabit secū de diuitijs.  
**S**i tētet de luxuria cogitet de morte et qlis erit post mortē.  
**U**n̄ nō meli⁹ poterit hoīs caro viua domari q̄ qualis fuerit  
hec mortua p̄meditari. cogitet etiā de penis inferni z gaudijs  
paradisī. **H**ec et alia multa dz ei oñdere z docere. **H**oc facto re-  
colligat z repetat i gñali p̄fessionē dicēs **A**mice tui fuisse cō-  
fessus pctā ista. et ostēdat ei grauitatē pctōꝝ. eū dure increpā-  
do. ad inducēdū eū ad lachrymas. p̄pūctōem z stritōem. **E**t  
ad hoc multū valet si sacerdos oñdat vultū dolorosum et la-  
chrymabile pctōꝝ. **S**icut legit de scō **A**mbro. q̄ qñ aliq̄s cō-  
fitebat ei suū lapsus ita amare flebat q̄ p̄fiteētē q̄stūcūq̄z obsti-  
natū ad fletū z lachrymas p̄mouebat. **S**ic etiā dz facere sacer-  
dos. vt sic pctōꝝ verēcūdia ductus ad lachrymas inuitet. vt  
lachryme admonētis excitēt lachrymas penitētis. **N**ō sumope  
caueat sacerdos q̄ nō adulet alicui in cōfessione. imo q̄stūcū  
q̄ sit magna p̄sona et reuerēda increpet et corrigat eam dure.  
**C**auet tñ q̄ ne nimis exasperet vl̄ q̄ n̄ sit nimis dur⁹ i p̄bis.  
**S**i pctōꝝ vult bñ penitere p̄mittat ei vitā eternā z veniā de  
pctis. ita q̄ pctōꝝ sp̄ recedat cōsolatus ab eo. **I**stis rite pac-  
tis faciat sibi dicere p̄fessionē generalez. monēs q̄ si recorderē  
de aliq̄ pctō reuertat ad cōfessionē. et sic iposita ei p̄nia absol-  
uat eū in noīe dñi. ita tñ q̄ si sit excōicat⁹ excōicatiōe maiori  
nullo mō eū absoluat donec sit ab illa excōicatiōe absolut⁹.  
**S**i fm cōem doctrinā qlibet curatus habēs curā aiāz pōt  
absoluere a miōri excōicatiōe. iō an̄q̄ absoluat eū a pctis ab

## De confessione

solvat eū ab illa minori excoꝛcātiōe dicēs. **A**utoritate dei mihi pmissa absolvo te a vinculo minoris excoꝛcātiōis si quā incurristi p ꝓticipatiōem ex coꝛcātoꝝ. et postea absolvat eū de ꝓctis ꝓfessis et oblitis. **S**ed pone curatus habet alios quos prochianos. surdos vel mutos vel cecos vel furiosos vel demoniacos. et forte scit istos eē in ꝓctō mortali. quid faciet de istis. **S**i eū moneat surdū ad ꝓniam nō ꝓdest. qz nō audit. **S**i mutū nō ꝓt ꝓfiteri. **C**ecus nō potest videre signū nec etiā ꝓt legere sicut nec mutus. furiosus nō est capax rōis. nec etiā ꝓt demoniacus. **D**ico qz sacerdos dꝛ facere posse suum ꝓctos inducat ad ꝓtritōem. ꝓniam. et ꝓꝓuctōem sꝓm qz ē eis possibile. s. verbis vꝛ scriptis. vel nutibꝫ vꝛ signis. et etiā alijs modis qꝫ poterit. **E**t si ꝓ illa vꝛ silia nō ꝓt ozet deū et faciat ozare ꝓꝓm suū. vt deꝛ illustret corda eoz ad ꝓniam. et si nihil omiserit de ꝓtingētibꝫ nō iꝓutat sibi. **Q**uō at se debeat habere resacerdos ad infirmū qꝫ amisit loquelā et nō ꝓt ꝓfiteri. vide supra in ꝓima parte tractatu de eucharistia. c. ix.

### De potestate clauium

### Caplm. x.

**Q**uia supra dictū est cū ageret de ꝓnīa ꝓctā in ꝓtritōne dimitti. dubiū existit quid dimittit sacerdos virtute clauium in absolutōne cum nō dimittat culpā. qz illa vt dictū est dimittitur in cōtritōne. nec penam. qz adhuc ꝓstꝫ ꝓnitēs est absolutus remanet obligatus ad penam. **C**irca istā materiam istud videt mibi esse dicēdū. **I**lle eū qui accedit ad cōfessionē aut est ꝓfecte cōtritus aut nō. **S**i est ꝓfecte ꝓtritus tūc deus ꝓtute cōtritōis remittit sibi ꝓctā. teste **E**zeche. qui dicit in ꝓsona dei. **Q**uacūqꝫ hora ingemuerit ꝓctōꝝ oim iniquitatū eius nō recordabor. ita qz anteqꝫ accedat ad cōfessionem mundatus est a culpa. **S**i aut nō est ꝓfecte ꝓtritus tūc ꝓtute ꝓfessionis ista iꝓfecta cōtritio reducitur ad ꝓfectā. ita qz de attrito fit ꝓtute cōfessionis cōtritus. et sic virtute cōfessionis remittunt ꝓctā quo ad culpā. **M**otādū tñ qz qñ dꝛ in cōfessione vel ꝓtritōe ꝓctā dimitti. intelligēdū est deū dimittere ꝓctm nō ꝓtritōem vꝛ ꝓfessionē. vñ **A**mb. et ponit de ꝓe. dis. i. c. ꝓnīa ꝓa. s. deꝛ at. et **A**ug. et ponit de ꝓe. dis. iij. **N**e mō tollit ꝓctm nisi solus xꝓs qꝫ est agnus tollēs ꝓctā mundi.



## Tractatus. iij. secunde partis

**T**ollit autē dimittēdo pctā que facta sunt. z adiuvādo nesciāt  
et pducēdo ad vitā vbi pctā fieri nō pnt. **Q**uāt dicit solus xps  
nō excludit. patrē nec spm̄ sc̄m. cū indiuisa sint opera trinita  
tis. **E**t istud vez est q̄stū ad opa q̄ sunt ad extra. **Q**uid ergo  
faciūt ibi clauēs vel absolutio sacerdotis. **H**ōm fm̄ aliquos  
q̄ deus mūdāt aīam in p̄tritione a macula culpe. et sacerdos  
absoluit eā a vinculo pene eterne. **F**ateor q̄ nō intelligo istos  
q̄ nō video q̄ aliq̄s postq̄ mūdatus est a macula culpe mor  
talis sit obligatus pene eterne. cum ista pena nō debeat nisi  
culpe vel peccato mortali. **S**i igit̄ deus mūdāt aīam in p̄tri  
tione a culpa mortali p̄ p̄ns absoluit eā a vinculo pene eterne  
et iō dicūt aliq̄. q̄ q̄uis pctm̄ in p̄tritione dimittat̄ q̄stum ad  
culpā et q̄stū ad reatū pene eterne. tñ pctōz adhuc remanet ob  
ligat̄ a duo. s. ad p̄fitendū pctm̄. z ad aliquā satisfactōem p  
pctō faciendā. **E**t ideo sacerdos virtute clauū absoluit istuz a  
vinculo quo tenebat̄ ad cōfessionē. et ligat̄ eū ad satisfactōem.  
**E**t sic d̄r sacerdos virtute clauū soluere et ligare. **Q**uāuis il  
lud verū sit q̄ pctōz sit obligatus ad illa duo. non tñ videt̄ q̄  
fm̄ viā istā p̄ba forme sacramentalis absolutionis possint bñ  
verificari. nā d̄r sacerdos. **A**bsoluo te a pctis. z nō d̄r absol  
uo te a p̄fessione. ergo fm̄ istā viam oportet q̄ absoluat̄ aliq̄  
mō a pctis. **E**t ideo dicūt aliq̄ q̄ pctōz per pctm̄ nō solū obli  
gat̄ deo que offendit sed etiā eccie cui se peccādo abstraxit. et  
ideo q̄uis in cōtritione recōciliat̄ deo. tñ remanet adhuc re  
cōciliandus ecclesie. in faciendo p̄fessionē illi q̄ rector est ec  
clesie. **E**t licet istud sit vez. nō tñ videt̄ sufficere cū clauēs nō  
solū se extēdant ad soluendū z ligandū in terris imo z in celis  
dicēte christo. **Q**uodcūq̄ ligaueris sup̄ terrā zc. **E**t iō dicūt  
aliq̄ q̄ sacerdos p̄tute clauū nō facit aliqd nisi ostēsiue. vñ di  
cunt q̄ absoluit. i. absolutū p̄ndit. **Q**uā q̄n dicit. absoluo te tñ  
valet. i. absolutū ostēdo te. **E**t isti vident̄ dcm̄ suū fundare in  
autoritate. **A**mbro. dicēt̄. **S**acerdos q̄dē officiū suū exhibet  
s; nullus p̄tatis iura exercet. **S**; dcm̄ istoz parz videt̄ attri  
buere clauibz. et p̄bū. **A**mbrosij̄ intelligendū est. q̄ sacerdos  
nullius p̄tatis iura exercet auctoritate s; ministerialiter bñ.  
**E**t iō dicūt aliq̄ q̄ sacerdos p̄tute clauūz absoluit a culpa si

## De confessione

Inuenit eam dūmō cōfiteō nō ponat obicē. et absoluit a pena purgatorij cui pctōr erat obligatus. nō eā relaxando s; eā cōmutando in penā spālē vel corporalē. Et hoc sub cōditiōe sc; si implet iniūctā pniā. ita si iniūcta pniā sit p̄digna absoluit a tota pena purgatorij. et si nō est condigna nō absoluit a tota pena purgatorij s; a tāta. et iō si moriat̄ expleta pniā cōdigna nō punit̄ in purgatorio. si aut̄ pniā nō fuerit cōdigna. vel si fuerit p̄digna nō tñ p̄pleuit eā in vita sua cōplebit eā in purgatorio. Et ista opinio videt̄ mihi satis rōnabilis. Alij dicunt q; cū oē mortale pctm̄ sit offensiuuz diuine bonitatis q̄ est infinita. pena debita p pctō mortali ē infinita. et p̄sequēs est virib; nostris iproporzionabilis. virtute aut̄ clauū sit nobis proporzionabilis. in q̄stuz virtute clauū cōfiteō cōicat̄ passio chris̄ti que dat efficaciam sacramētis om̄ibus. et q̄ fuit sufficiens ad satisfaciendū p peccatis totius mūdi. Quā fm̄ hanc viam virtus clauū est q; virtute earum cōicat̄ cōfiteō passio chris̄ti. in cuius virtute p̄t satisfacere p peccatis q; nō faciebat aī. Quā credo q; vnū pater noster ipositū in pniā a sacerdote efficacit̄ ē ad satisfaciendū p pctis q; si aliq; diceret cētū milia p semetipm̄ q; illud h; meritū a passione chris̄ti illa p̄o a merito dicētis. Et ista opinio est multū rōnabilis.

### De sigillo confessionis

### Capitulum xi.

**S**igillū p̄fessionis d; cē secretū. q; nullo mō. nullo pacto p nulla re d; frāgi. imo sacerdos deberet pot̄ sustinere q̄cūq; penā. etiā mortē aīq; reuelaret p̄fessionē nec p̄bo nec scripto nec nutu nec signo. Et de hoc sigillo d; Greg. et habet̄ de pe. di. vi. c. sacerdos. vbi d; sic. Sacerdos aī oīa caueat ne de his q; ei p̄fiteō pctā alicui reuelat. nō p̄pinquis neq; extraneis neq; q; absit p scādalo aliq; Hā si hoc fecerit deponatur et oībo dieb; vite sue ignominiosus pegrinādo vadat. Itē de pe. 7. re. c. Disvtriūsq; sex. Caueat oīs sacerdos ne p̄bo aut signo aut alio quōvis mō p̄dat aliq̄ten; peccato rē. s; si p̄v dētiori p̄silio indiget illud caute absq; vlla exp̄ssione req̄rat. qm̄ q; i penitēciali iudicio pctm̄ sibi detectū reuelare p̄sumpserit. n̄ solū a sacerdotali officio deponēdū decreuim;. ver; etiā ad agēdū pniā i arto monasterio p̄pctuo detrudēdū. Ita q;

### **Tractatus. iij. secūde partis**

In decretali ista instruitur cōfessor de hoc quid agere debeat et a quo cauere debeat. Si em̄ sacerdoti in cōfessione occurrat casus super q̄ nō possit bene cōsulere penitenti. v̄z sup hoc cōsulere pitiorē se vt videat quid agere debeat. Sub q̄ at̄for ma reuelabit isti p̄ito p̄ctm̄ quod alter cōfessus est sibi. **Credo** q̄ sub ista. si talis casus accideret qd̄ faciendū esset. vel si alius quis p̄iteat de tali p̄ctō quid eēt sibi p̄sulēdū. Nō aut̄ debet dicere vt credo. ego audiui ista in confessione. qz d̄do sic ipse mētiret. qm̄ ipse nō audiuit vt ip̄e s̄z vt vicarius et locū tenēs dei. Et multo min⁹ debet dicere qd̄ cōfessus est mihi. qz dicendo sic in generali z ip̄licite reuelat cōfessionē z etiā mēt̄ qz p̄fessio fuit facta deo z nō sibi nisi vt locū tenēt̄ dei. **Sz** sp̄ote sacerdos sup crimē quod audiuit in cōfessione inducit in testē et p̄pellit iurare qd̄ faciet. si dicat reuelat cōfessionē et paniet. si negat piurat. **Dico** q̄ si solū sciat p̄ cōfessionē. ip̄e debet iurare se nihil scire de ista materia super qua interrogatur. nec piurat. qz ip̄e nihil de hoc scit. **Esto** em̄ q̄ sciat istud crimē sibi fuisse p̄fessus. nescit tñ vtz p̄fites in p̄fessōe dixerit vtz vel falsus. et iō p̄t vere dicere se nihil scire. **Sz** qd̄ si iudex erit cauillosus. et interrogabit eū p̄ iuramētū vtz audierit aliqd̄ de crimine de q̄ agit. **Dōm** q̄ iuramētum non ligat eum ad dicēdum aliquid in hac materia. cū iuramentum nō sit inuētū vt sit vinculū iniquitatis. extra de iureiurā. c. y. In nullo qd̄ sit p̄tra mādātū dei est obligatoriu iuramētū. **Cū** cū reuelare p̄fessionē sit p̄ mādātū dei. s. p̄tra illud. **Nō** falsus testimoniū dices. nullū ē iuramētū ad hoc obligatoriu. **Unde** talis p̄t licite iurare nihil se audiuisse. et intelligat q̄ nihil audiuit vt hō. vel p̄ modū q̄ debeat testificari. **Uterius** pone q̄ sacerdos sciat p̄ cōfessionē aliquē hereticū i parrochia sua vel alibi q̄ alios inducit ad heresim. quid faciet iste sacerdos? **Ray.** in sum. sua videt dicere in isto casu p̄fessionē posse reuelari. **Et** rō sua ē. qz talis nō seruat fidē eccie cū sit hereticus et infidelis. iō fides nō ē ei seruāda. xxij. q. i. noli. **Salua** tñ reuerētia ei⁹ videt magi cōsona p̄itati alia opinio quā etiā ip̄se **Ray.** recitat. s. q̄ sacerdos nō debz reuelare cōfessionē ipsius sed debet ire ad ep̄iscopū vel ad inq̄sitorē z dicere. **Custodi** et.

## De confessione

vigila sup oues tuas lupus est in grege tuo **Et** qđ dicit Ray  
mūdus q̄ cum iste nō est fidelis nō est ei seruanda fides **Dico**  
q̄ reuelādo p̄fessionē fides nō frāgit hōi s; deo q̄ ē fidelis in  
oībo v̄ijs suis ¶ **S;** nunqđ p̄fites p̄t licētiare p̄fessionē sic q̄  
dicat illa q̄ dicit ei in cōfessione. **Dico** q̄ cōfites bñ p̄t facere  
q̄ illa q̄ cōfessor scit vt deus etiā sciat vt hō. dō. sc; ei extra  
cōfessionē q̄ eidē dixit in cōfessione. 7 sic confessor poterit illa  
dicere ex q̄ audiuit illa vt hō extra cōfessionē ¶ **S;** nunqđ suf  
ficat q̄ cōfites dicat cōfessori dicēdo. ego do vobis licētiā  
dicēdi ea q̄ dixi in cōfessione. vel oportet q̄ replicet sibi omīa  
extra cōfessionē. Aliq̄ doctores dicūt q̄ sufficit vt licētiat cō  
fessorē. **Tñ Durandus** in q̄rto suo dicit q̄ nō sufficit. imo te  
net oīa replicare sibi extra cōfessionē **Et ratio** sua q̄ occurrit ē  
ista. q̄a in his que sunt de necessitate sacramēti nullus p̄t dispē  
sare. nec etiā papa de quo magis videret; s; tenere secretum  
est de necessitate cōfessionis sacramētalīs. vt p̄bat diffuse. &  
nullus p̄t h̄ hoc dispēsare. 7 p̄ p̄nā nullus p̄t licētiare q̄ illa q̄  
p̄ eū dicūt in p̄fessione reuelent. iō ad hoc q̄ reuelent o; q̄  
sciānt aliter q̄ p̄ p̄fessionem. **Et ex his** pt; q̄ si q̄s sciat aliqđ  
p̄ cōfessionē. 7 extra cōfessionē p̄t illud reuelare. 7 testificari su  
per illo eodē mō q̄ scit extra cōfessionē ¶ **Nota** etiā. q̄ sigill  
lum p̄fessionis directe 7 p̄ncipaliter respicit pctā. vt pat; ex  
p̄allegato decreto. **Omīs** v̄riusq; sexus. vbi d̄r. **L**uceat oīs  
sacerdos ne verbo aut signo. aut quouis alio mō pctā p̄dat  
ex consequenti tñ ex quadam p̄gruitate respicit alia. **Et hec**  
de confessione sufficiant

¶ **Tractatus** quartus scđe partis p̄ncipalis de satisfactio  
ne habens sex capitula p̄ncipalia.

**Q**uod p̄ditis per dei grām duab; partibus p̄nē. sc; de p̄tritione 7 cōfessione. de tertia sc; de satisfactio  
ne est agendū. **Circa** quā consideranda sunt sex.  
**Primo** quid est satisfactio. et in quib; cōsistit **S**e  
cūdo de elemosina q̄ est prima pars satisfactionis. **Tercio**  
de ieiunio q̄ est secūda pars. **Quarto** de orōne q̄ est tertia ps  
**Quinto** de mēfura satisfactionis. s. q̄ p̄nia est imponēda pro  
vnoquoq; pctō. **Sexto** vt; vn; p̄t satisfacere pro alio